



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CLXXXIV. Der Herzog Rudolph von Sachsen schenkt dem Domcapitel das Dorf Guten-Paaren, am 5. April 1323.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

et ut ipsi participes fiant omnium honorum, que ibidem in dicta ecclesia in perpetuum fieri dignabitur clementia salvatoris. Insuper confules dicte civitatis Brandenburgensis donaverunt dicto domino Christiano plebano, duos mansos, jacentes in Stenowe, cum omni jure et proprietate, ipsos exonerantes ab onere decimarum in restaurum et refusionem decimarum, que sibi cedere possent de agris ad dictam ecclesiam pertinentibus nunc et semper, Et ut ipsi suis propriis expensis unam missam habere possint apud sanctum Spiritum, quomodo sacerdoti placet ibidem moranti, dum talis sit hora, quod non fiat ecclesie parochiali nocumentum. Nos itaque donationes predictas rite factas sollicita consideratione pensantes commendamus et eas tanquam legitimas approbamus. Et ut voluntates donantium intentum finem et optatum forciantur effectum, auctoritate dei omnipotentis et beatorum apostolorum ejus, Petri et Pauli, ac nostra, qua fungimur, discretorum usi consiliis, in nomine dei incorporamus predicte ecclesie parochiali Brandenburgensi et in perpetuum confirmamus donationes supra dictas. Datum Brandenburg anno domini MCCCXXII. quinta feria proxima ante dominicam Jubilate.

Nach der Copie im Ältern Copialbuche.

CLXXXIV. Der Herzog Rudolph von Sachsen schenkt dem Domcapitel das Dorf Guten-
Paaren, am 5. April 1323.

— Rudolphus, dei gratia dux Saxonie — ecclesie sancti Petri in castro Brandeburch ac honorabili viro domino Johanni preposito ibidem totique conventui suo villam nostram dictam Parne cum tota ipsius proprietate ac proprietatem cum tota villa predicta cum supremo judicio et infimo cum omni jure et utilitate tam in villa quam in campis cum censu et redditibus suis annuis ac cum usufructibus cum omni precaria et servitio seu servitutis jugo, cum lignis, pratis, pascuis, aquis et aquarum decursibus pariter et virgultis, nobis et nostris successoribus in ea nichil juris reservantes, damus et donamus, dedimus et donavimus pacifice et tranquille perpetuo possidendam. — Testes hujus donationis sunt: dominus Nicolaus prepositus in Bernowe, Hinricus de Alvensleve, Hinze de Warmstorph, Lofere, Busse de Mylowe, Ebele de Brifk, milites nostri, Thydéricus noster prothonotarius, Nicolaus plebanus in Luckowe, noster cappellanus, et quam plures alii fide digni. Datum Spandowe, anno domini millesimo tricentesimo vicesimo tertio, feria tertia post dominicam Quasimodogeniti.

Nach dem Original.

CLXXXV. Der Herzog Rudolph von Sachsen schenkt dem Domcapitel eine jährliche Geld-
rente aus Tremmen und Zachow, am 26. Oct. 1323.

— Rudolphus, dei gratia dux Saxonie etc. — ob omnipotentis dei reverentiam et ejus matris Marie virginis gloriose et in nostrorum remedium peccatorum ecclesie sancti Petri in Brandeburch ac honorabili viro domino Johanni ibidem preposito et toti conventui proprietatem quatuor talentorum denariorum Brandenburgensium sive quatuor frustorum in censuali precaria villarum

Hauptst. I. Bd. VIII.

29